Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich).

Quelle:
Copyright:



reperi. A demum operis conclusio hæc est:
" Quodsi aliquis invidorum hec que in carita-
" te scripsi voluerit reprehendere reprehen-
" dat doctores quorum sentencias posui et
" si male estimat me intelligere auctoritates
" Jeronimi contra Jovinianum quarum mul-
" tas posui legat Jeronimum ad pamacium
" et videat si juste reprehendat Ibi enim
" probat omnia denuo que contra Jovinianum
" dixerat Quodsi adhuc reprehendat adhuc
" utique virginitatem nupciis preferam quam-
" diu vivam". Hæc Hugonem scripsisse
nemo sibi persuadere poterit, qui noverit
Hugonis scripta.
Authorem hujus dialogi esse Vener. Michaelem
Priorem Carthusiæ Pragensis, Gyriacensis, et
Agsbacensis, qui ao 1401 decessit, edoctus
sum a Bernardo Pezio in Bibl: Ascet: T. II. p. 95.
ubi integer habetur impressus: Plura vide
ibidem in præfatione, et quos ibi laudat.

Cod: CCXXXVIII.

Membran: Fol: maj: Sæc: 12. 13.

B 1. 1.

1.

Concilium provinciale habitum Vienna in Austria ao 1267.

1a – 2b

Concilium provinciale habitum Viennæ
in Austria per Pontificis Clementis IV.
Legatum Guidonem Cardin: ao 1267. In-
" cipit: " Frater Gwido miseracione di-
" vina tytuli Sancti laurencii in lucina
" presbyter cardinalis apostolice sedis
" legatus ad perpetuam rei memoriam.
" Postquam deus formavit hominem. In fi-
" ne: " acta sunt hec Wienne in Austria anno